

Can. 5. Non esse Neophytos ad Episcopatum assumendos, *ibid.*  
 Can. 10. Quod non multiplex sit, sed unica uniuersu- que hominis anima *ibid.*  
 Can. 11. Ut veri Episcopi a cunctis Christianis honoren- tur. Ipsi vero Episcopi sint exemplaria virtutum & bonorum operum, p. 250.  
 Can. 12. Nihil esse necessitatis, ut Principes seculi Syno- dis intersint, *ibid.*  
 Can. 13. Ut nemo ausit aduersus Romanam sedem insole- scere, *ibid.*  
 Can. 14. De pallio non indiscriminatim aut per factum ge- stando. Et de habitu religioso in Episcopatu non dimittendo. Anastasius Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius, qui huic Synodo interfuit, addit canonem 19. quo veretur Metropolitæ susti- gatorum loca visitare nisi de ipsorum consensu. Quod idem po- stea sancit Concil. Trident. sess. 24. de reform.  
 Can. 22. Occasione irruisionis Phocis prohibet Principibus, ne se promotioni Episcoporum ingerant. Quo canone Pontif- ces deinde Romani usi sunt contra Germanorum Imperatorum inuersiones. Exacto ab inde decennio Ignacius ad superos abiit. Tunc Phocis opera usus Joannis Santabareni præstigiatoris ob- tinuit a Basilio Imperatore sui ad pristinam dignitatem restituti- onem, qui etiam Joannis Papæ Octavi abusus facilitate consensit illius promotioni. Phocis promotus cupiens solus in Clero do- minari hoc unum avidissime intendit, ut Joannem Romanum Se- de Romana deturbaret, solisque totius Ecclesiæ caput haberet. Hoc animo Concilium schismaticum Constantinopoli indi- xit, cui solus præfedit, in quo assertum est Spiritum a solo Pa- tre procedere, excommunicationisque fulmine impetitus Romæ veteris Papæ, Latiniq; omnes tanquam heretici, qui astrue- bant a Filioque procedere, & falsarii ob vocis illius ad symbolum additionem; Synodus vero præcedens anni 869. cum suis omnibus actis rescissa est & damnata, 250. & seq.  
*Constantinopolit. Concilium anni 1642.*  
 Constantinopolitanum alterum Concilium ann. 1642. a Parthe- nio Patriarcha congregatum est ad reparandas ruinas, quas Cyrillus Calvinianæ heresis assecla in Orientem inuexerat. Ille Patriarcha œcumenici dignitatem ambiens cum oratore Bar- bariæ reipublicæ pactus fuerat, se religionem illius reipublicæ uniuerso Oriente propagaturum, si sibi reipublica illa pecu- niario pretio dignitatem illam a Principe Turcarum emeret. Quæ tandem negotiatio auspiciantibus ambitione simul & aua- ritia propositum successum obtinuit: & Cyrillus occupata fe- de potius suam omnem indultiam ad propaganda Calvinii dogmata intendit. Sed hoc apostata mortuo Parthenius illius successore coacta Græcorum Synodo Calvinismum, quem inui- ta & murmurante maiore Cleri Græcici parte præcessor dis- seminarat, extirpavit: Auro namque redempta de Turcis pos- sessore Synodum convocandi, decreta in hac Synodo sancita sunt hæc Calvini proflis aduersantia. Et signanter anathe- ma in eos promulgavit, qui transubstantiationem Eucharisti- cæ panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi fieri negabant, quam Græci *μυστήριον* vocare solent, & in eos qui ad- rationem Christo in Eucharistia præsentis denegare audebant; quæ est Lutheri impietas, p. 447. & seq.  
*Constans.*  
 Constans Magni Constantini ultimus filius Imperii partem for- titus est, Italiam, Siciliam, Africam & Illyricum, pag. 59. Procurat Sardicense Concilium pro defensione fidei Catholice a fratre Constantio impugnate; & Athanasium exulem sedi suæ restituit, *ibid.* num. 17. A Gaisone duce Magnentii ty- ranni apud Helenam in Pyrenæis oppidum occiditur, *ibid.* num. 19.  
 Constans alter Constantini filius, Heraclii nepos, avo Monothel- itæ maluit esse quam patri orthodoxo similis. Impium edi- ctum promulgavit, quod tyrum vocavit, cui sanctus Pontifex Martinus non modo iustus subscribere renuit, sed etiam pa- lam Monothelitas damnavit: quare Constans illum per Theo- dorum Calliopam Italie exarcham Constantinopolim ad se ad- duci iussit: unde ipsum in Chersonam relegavit. Maximum quoque monachum Dionysii Areopagite interpretem lingua ma- gnæque truncatum in exilium deportavit, p. 105. n. 8.

*Constantinus Magnus.*  
 Constantinus Magnus Constantii Chlori & Helenæ filius, e cus- todia delapsus, & citatis equis ad patrem Eboraci extrema ægitudine laborantem contendit, illiusque iuribus & divioni successit, pag. 57. Faustam Herculi Maximiani filiam duxit uxorem, quæ ipsum admonuit de paterna illum occidendi vo- luntate. Quo patesceto consilio Maximianus fugam cepit, qui tamen Massilia a percussoribus post illum a Constantio celeriter missis deprehensus & necatus est, *ibid.* Idem dum adhuc in Gallis versatur, expeditionem aduersus Maxentium parat, cuius munitiones & copias in Alpiam transitu dissipat, tres ejus exercitus fundit, tertioque prælio fugatus Maxen- tius, dum Tiberim trajicit, rupto ponte submergitur, *ibid.* n. 3. Alter Constantino intensus hostis Ecclesiæ dicitur perse- cutor Galerius horrendo morbo Sardicæ Illirici & Dacie Me- tropoli exinguitur. Tribus demortuis tyrannis Maximiano, Maxentio & Galerio, alii duo supererant tyranni Christiano- rum carnifices Licinius & Maximianus. Ille vero a Licinio, quem solide provocarat, acie victus, dira tandem confectus ægitudine, Tarsi in Sicilia moritur. Eoque aplaro sedus in- ter se ineunt Constantinus & Licinius, qui Constantium Constantinorum forem matrimonio accipit. Sed fœditragas Licinius Constantinum bello læcessit; cumque sepius in- ger eos acies reperita fuisset, ultimum prælium apud Cal- cedonem Licinio extremum inuult exitium, *ibid.* n. 5. & seq.

Constantinum tantis perfunctum bellorum periculis domestica ca- lamitas excepit. Crispum Cæsarem eximie indolis, quem Con- stantinus ex priore uxore Mineruina suscepit, ejus Nover- ca Fausta incesto deperibat amore, eumque ad turpia sollici- tavit; sed repulsa a castissimo iuvene ista impatiens, verso in odium amore, privignum apud maritum per calumniam stupri delitit; Constantinus nimium uxori credulus Crispum indicta causa occidi iussit incautum: sed mox comperta uxoris malitia illam ardenti balneo conclusam neci dedit, *ibid.* num. 7.  
 Constantinus discipulum a Donatistis & ab Ariens Ecclesiæ con- natus revocare mittit Oium in Ægyptum ad dissensiones & tumultus compescendos ab Ariens excitatos, procuratque Nicææ generale Concilium, cui ipse interfuit, sed Eusebia- norum dolis eluditur, p. 59. n. 11. & 12. Idem pari studio Donatistas ad pacem revocare conatur per iudicium aliquo- rum Galliarum Antistitum, prætereaque per Æliam Africæ Præ- fectum, & per Arelatense Concilium totius Europæ nationa- le, quo Sylvester Pontifex suos delegavit Apostolicos, & cui Constantinus quoque interfuit, p. 57. 58. n. 8.  
 Constantini Magni obitus & ultima voluntas in suburbio Nico- mediæ, imperique inter liberos paritio, p. 59. n. 15.

*Constantini varii.*  
 Constantius Pogonatus, impio patris Constantini plane dissimi- lis, sextam cum Agathone Papa Synodum promovet, Sara- cenos coerct, victosque ad tributum adigit, p. 196. n. 9. & seq.  
 Constantinus Copronymus Leonis Isaurici filius, ad paternam impietatem de sacris Imaginibus disperdendis, adjunctæ aboli- tionem omnis cultus erga Mariam Virginem, quam Dei ma- trem cum Nestorio esse negabat: Sanctorumque simul om- nium, & reliquiarum venerationem prohibebat. Moritur ru- ciferans se ob deonestatam Deiparam sempiternis ignibus ef- se condemnatum, p. 213. n. 3.

*Constantius.*  
 Constantius tyrannus a Constantio Duce apud Arelatam victus & captus occiditur, p. 130. n. 26.  
 Constantius Dux Placidiam concubio sibi asciscit, Imperatorum Arcadii & Honorii forem, ex qua suscepit Valentinianum, qui Tertius ejus nominis Romæ imperavit, Honorii avunculi successor; filiamque Honoriam, quæ Attilæ nuptias ambivit, *ibid.*

*Chorepiscopus.*  
 Chorepiscopi quænam fuerit olim dignitas, secundum quam so- los poterat minores ex Episcopi mandato conferre Ordines, non vero sacros, nisi aliunde characterē insignis esset Episcopi, sicut fuerat olim Armentarius, & quales sunt ho- die, qui titulares vocantur Episcopi. Vide Ancyranum can. 13. p. 63.

*Cornelius.*  
 Cornelius Papa martyrium subit sub Gallo & Volusiano, p. 43. num. 16.

*Cyprianus.*  
 Cyprianus Carthaginensis Episcopus sub Valeriano & Galieno martyrium capitis abscissione complet, *ibid.* n. 17.

*Cyprus.*  
 Cyprus insula ad dominium Republicæ Venetæ transit, per obi- tum Catharinæ Cornaræ ab eadem Republica ante ipsius nu- ptias adoptatæ, quæ demum filii sui Jacobi Lusitani tenera ætate defuncti mater hereditatem nata est, quam in Rempu- blicam Venetam transtulit, p. 354. n. 40.  
 Cyprum Selimus II. Turcæ Venetis cepit anno 1570. p. 381. num. 26.

*Cyriillus Alexandrinus.*  
 Cyriilli Alexandrini labores pro Ecclesia in causa Nestorianorum, & Synodi Ephesinæ, cui ipse præfuit Cælestini Papæ Lega- tus, p. 128. n. 17.

D

*Dæmoniacus.*  
 Dæmoniaci sunt ad Clerum irregulares, can. Apostolorum 78. p. 7. 8. qui etiam illos excludit, postquam liberati fue- rint. Concilii tamen Tolentani XI. can. 13. permittit, ut ad- mittantur ab Episcopo, postquam anno integro confiterit fuisse liberatos, p. 206. n. 4. Attamen Concilium Arausica- num I. illos perpetua irregularitate ab Ordinibus arctet, can. 21. p. 146. Et hoc jure utimur c. maritum dist. 33. Con- cilium Illiberitanum can. 29. negat esse ad altare cum obla- tione nominandum, nec permittit ei ad altare ministrare, p. 51. De emergentibus utrum sint ad Eucharistiam admittendi, alibi affirmatur, 52. permittit & approbat Concil. Arausica- num I. canon. 17. pag. 146. Et Abbas Serenus Ægyptiique Anachoretæ apud Callianum, coll. 7.

*Decima.*  
 Decima a quibus & cuiquam Ecclesiæ persolvenda, p. 240. can. 9. De illis solvendis præclarum Augustini didum, p. 452. can. 13. cum ibi notatis. Decima personales de proprio la- bore, *ibid.* Decima solvenda ante deductionem tributorum. Reli-

Religiosi distrahetes a solutione decimarum excommunican- tur ipso facto, p. 340. n. 17. Decimis non est privanda ve- tus Ecclesiæ, si nova ibidem constituantur, p. 252. n. 6.

*Decimum sæculum.*  
 Decimum sæculum, alioquin infelix, multorum tamen Sancto- rum Regum & Principum proventu, reliquis felicibus, p. 259. num. 31.

*Decius.*  
 Decius Imperator depulso Philippo, qui primus Imperatorum Christianus fuit, persecutionem in Christianos movit, in qua Fabianus Romæ Pontifex cæsus est & Romana Ecclesiæ anno integro vacavit. Babylam Antiochiæ Episcopum eadem per- secutio sustulit. Dionysium quoque Parisiensem Episcopum cum sociis Rustico & Eleutherio, ut scribit Gregorius Tu- ronensis, ipso Decio & Grato Consulibus, p. 42. n. 12. De- cius confecto cum Gothis prælio amissioque in acie cognomi- ne filio dum Romanum exercitum inclinante erigere con- tur, gurgite paludis haustus nunquam deinceps visus est, Tum Gallus Hostilius sumpto in Imperii consortium filio Vo- lulano copias dissipatas collegit, pacemque cum barbaris com- pofuit, n. 13.

*Dedicatio Ecclesiæ.*  
 Dedicatio Ecclesiæ ab Episcopo nullatenus facienda sine charta sufficientis donationis ad lumina, & necessarium ornatum & sustentationem ministrorum, p. 192. Dedicatio Ecclesiæ ne fiat sine martyrum reliquis, p. 218. n. 12.

*Diaconus, Diaconissa.*

Diaconi ut se in suo gradu modeste contineant, & quo ordine Eucharistiam dent vel sumant, p. 78. 79. & seq.

Diaconi Ecclesiæ Episcopalis septem nec plures sint, pag. 65. Diaconorum olim officium Eucharistiam *ἀναγιγναι*, est cir- cumferre, nunquam tamen *προσφέρειν*, id est offerre, p. 63. n. 3. Eorum item officium proclamare intra Ecclesiæ, *ibid.* num. 4.

Diaconis alicubi licuit in sua ordinatione protestantibus nolle se altrigie obligatione continentia, uxorem sumere, p. 63. n. 5. Diaconi ne sedant coram Presbytero nisi ipse jubente p. 78. Diaconis debetur honor ab inferioribus Clericis, *ibid.*

Diaconillarum primitivæ Ecclesiæ multiplex erat officium, parti- enim Ecclesiæ præferebantur, ad quam solæ femine admi- tebantur. Mandata quoque Sacerdotum & Diaconorum exe- quebantur inter feminas in distribuendis elemosynis, & in- sistendis & præparandis ad baptismum feminis, p. 15. Præ- terea in curandis ægrotis, p. *ibid.* n. 5. Diaconissæ Constan- tinopolitanæ Ecclesiæ Olympias, Pentadia, Salvia, natalibus & olim nuptiis nobilissimæ sanctitate insignes, *ibid.* Manuum impositione instituebantur non Sacramentali, (qualis erat Dia- conorum) sed cæremoniâ duntaxat ritu, p. 161. n. 6. Earum ætas & habitus & continentia eorum, *ibid.* Ad postremum immutatis in deteriora moribus aboliunt fuit earum institut- um, *ibid.* n. 8.

*Dies Pasche & Pentecostes.*

Dies Pasche formatarum literarum inscriptione Africanis Eccle- siis ab Episcopo Carthaginensi erat intinmandus, p. 115. & p. 124. n. 4. Itemque ab Alexand. Episcopo ad Romanum, & a Romano deinceps ad diversas Provincias, p. 21. n. 6.  
 Dies festis venditiones prohibet reum omnium solis exceptis pertinentibus ad Dei cultum aut vitæ necessitatem, p. 430. 431. De diebus Dominicis aut Festivis sanctificandis, & quod a spectaculis, choreis, comotationibus abstinendum sit, pag. 422. n. 5. & p. 428. cap. 12. Item a nudinis & mercari- bus, & a sevilibus & profanis operibus & negotiis, p. 429. n. 5. & p. 431. can. 5.  
 Dies solis Pasche & Pentecostes ( nisi urgeret vitæ pericu- lum ) baptizare licitum erat. Sed ob inopinatos casus & su- pervenientia pericula, ne quis inopinato moriatur sine bap- tismo, nullum tempus jam præscribitur, p. 252. canon. 12. & ibi notatis.

*Diocletianus.*  
 Diocletianus Maximianum Herculeum Cæsaris primum, deinde successentibus bellis, Augusti dignitate decoravit. Tuncambo duos Cæsares creaverunt, ut diversis partibus hostes insurgentes profigerent. Constantius Chlorus fit Cæsar aduersus tyrannum Carausium, Maximiano Galerino Armentario novo Cæsari cu- ra destinatur reprimendi Narsetis Persarum Regis fines Imperii populantis. Diocletianus aduersus Ægyptios rebellantes ex- peditionem sibi sumptit. Herculeus Quinquagenarios Africam inselantes fortitus est debellandos. Sed atrequam ad ea bel- la proficiscerentur, sese invicem novis afinitatibus devinxe- runt. Maximianus Herculeus privignam suam Constantio Chlo- ro nuptu collocavit: quod ut prætare posset Chlorus, Hela- nam, ex qua Constantinum suscepit, divortio dimisit. At Diocletianus filiam suam Valeriam Galerio dedit uxorem. Qui postea contra Persas profectus ab eis acie superatus redit, sed indignante socero male exceptus succenturiatis copiis bellum reparat felici successu; profigatis enim Persis, fugato rege Narsete illius uxores cum liberis captivas abduxit. Confectis feliciter bellis Diocletianus amore quietis Imperium abdicat, & Salonam Dalmatiæ oppidum secessit, patremque demissio- nem Imperii Herculo persuadet. Duo itaque Cæsares Imperium nati sunt. Constantio cum Britannis Gallia, Hispania, Italia & Africa obtigerunt; Maximiano Armentario Illyricum, Asia, Oriensque cesserunt, sed postea Constantius collega suo Romanæ cum Italia & Africam remisit. Ipse vero Galerius duos creavit Cæsares, Severum, cui Italianam, & Maximinum, cui Orientem distribuit, p. 44. n. 27. & seq.  
*Calassius, Historia Ecclesiastica.*

*Dionysius.*  
 Dionysius Episcopus Alexandrinus hæreses Sabellii, Millenari- um, & Pauli Samosatani scriptis libris refellit, p. 43. n. 21. Dionysius Mediolanensis pro fide Catholica exulat, p. 60. n. 27. Dionysius Areopagites ad Christum Paulo Apostolo concionante convertitur, p. 3. n. 17. Scripta illius ab antiquissimis Syris scriptoribus allegata, p. 207. n. 4.

*Dioscorus.*  
 Dioscorus Alexandrinus Concilio Latrocinali apud Ephesum præ- sider. Mox Alexandrina sede pellitur, cui Proterius orthodo- xus præficitur, p. 119. n. 20.

*Diptycha Ecclesiastica.*  
 Diptycha Ecclesiastica tabulae erant, in quibus scripta erant si- delium viventium & mortuorum illustria nomina, quæ singu- lariter legebantur tempore Missæ a Diaconis ex suggesto, pro quibus publicæ nominatis preces in Ecclesiâ fundebantur, p. 34. Ex Diptychis quædam nomina eradi quandoque contendeant Ecclesiæ præfeci, vel ex odio, vel ob iustas causas ut contigit in causa Acacii Constantinopolis Episcopi Ecclesiæ Romanæ rebellis. Quæ dissensio 36. annis Ecclesiæ Orientis & Occidentis schismate distinxit sub malis Imperatoribus, desivique demum imperante Justino primo, p. 168. n. 15. Item quæ in causa Sancti Joannis Chrysolomi sub Innocen- tio Pontifice & Theophilo Alexandrino ejusque nepote & suc- cessore Cyrillo p. 127. n. 14. & seq.

*Dispensatio.*  
 Dispensatio in gradibus matrimonii prohibitis exactam requirit cautionem Papæ & Legati p. 408. Et ipse quoque Gallica- næ Synodi, scilicet Turonensis anni 1583. & Tolosana ann. 1590. sub titulis de matrimonio desiviverunt, non posse ab Episcopis dispensari, sed a solo Romano Pontif. circa gradus 3. & 4. cognationis vel affinitatis, necnon in gradibus pro- hibitis spiritualis affinitatis, p. 435. n. 1.

*Disputatio.*  
 Disputatio Lutherum inter, & Joannem Eckium, qui nobilem de hæresarcha victoriam reportat apud Liphiam, pag. 379. num. 15.

*Divortium.*  
 Divortium conjugum non sine iusta causa nec sine iudicio Ec- clesiæ fieri debet, nisi ea sit causa, quæ coram Ecclesiâ pro- bari non possit, p. 162. num. 11. Tres iustæ divortii causæ censentur: 1. Si cohabitatio ex parte coactonis maritalis in- volvat offensam Dei. 2. Adulterium sive viri, sive uxoris. 3. Sævitia intolerabilis. Non tamen dissolvitur per eas vinculum matrimonii, *ibid.*

*Domitianus.*  
 Domitianus secundam movet in Christianos persecutionem, p. 4. n. 24.

*Donatista.*  
 Donatistarum schismatis occasio fuit Lucillæ Hispanæ femine ira pertinax. Hæc cum Carthagine versaretur, reprehensa fuit a Cæciliano Carthaginensis Ecclesiæ Diacono, quod cum ad sumendam Eucharistiam accederet, oscularetur palam os, quod secum gerebat cuiusdam defuncti, quod Ecclesiâ inter marty- res non admiserat. Contigit, ut Mensurius Carthaginis Episcopus Romanam a Maxentio evocaretur: hic discelsurus vasa Ecclesiæ Sacerdotibus commisit custodienda. Moritur absens Mensurius, ejusque loco Episcopus eligitur Cæcilianus, qui dum vasa facta repetit, impugnat ejus Episcopatus ab infi- dis, quibus vasa deposita fuerant, hoc nomine quod consecratus erat Episcopus a Felice Aptungirano, quem crimina- bantur sacros libros tradidisse sub Diocletiana persecutione. His se Lucilla adjungit Cæcilianum odio percita, ut illo abdi- cato Majorinus Donatista, quem Donatus dicitur a casis ni- gris sacrilega manus inopositione ordinarat, subrogaretur. Con- stantius Concilium Arelatense indixit, quo Donatistæ iterum damnati sunt. Sed nec ita tumultuantium factio quievit, tametsi orthodoxi studio pacis Catholici consentirent, ut quos Majorinus crearat Episcopos, non haberentur pro schismati- cis, & decrevisset, ut ubi duo constituti erant Episcopi, unus Cæcilianista, alter Donatista indiscriminatim, qui prior fuerat ordinatus, permaneret, alter excederet, p. 57. 58.

*Duellum.*  
 Duellum sub gravissimis penis prohibetur, præsertim excommu- nicationis ipso facto incurrendæ etiam ab his qui scienter partici- pantur, ut sunt dynastæ, qui locum ad id concesserunt, quorum locorum dominium statim amittunt. Item conciliarii fautores, mediatores, spectatores. Duellum discriminatur a reliquis pugnis, quatenus iste non fiant ex conditione certi loci vel temporis, p. 415. n. 93. Afringitur hæc excommu- nicatione etiam provocatus statim atque acceptavit, etiam si pugna sequuta non fuerit. Vide ibi gloss.

E

*Ebo.*  
 Ebo Archiepiscopus Rhemensis perduellis aduersus Ludovi- cum Pium, Concilium congregat suadente Lothario, in quo fatigat, ut Ludovicus declaretur Imperio indignus, & in monasterium attonsus tradatur. Cujus iniquo decreto per aliud Concilium convocatum ad Theonvillam rescisso Lu- dovicus ex monasterio eductus, & in regale solium redu- ctus est. Ludovico exiade mortuo Lotharius Ebbonem in Rhe-  
 G g mcn-